

reparationem murorum angelicę ciui-
tatis, sicut lapis de monte, qui factus est
mons magnus; & ad debellandas dæ-
monum potestates, sicut leo qui egredi-
tur de antro. Tom. 3. serm. I. & 3. in Na-
tivit. pag. 20. 21.

Eiusdem, sermo in illud Daniel 2.
Abscisus est lapis de monte, &c. ostendit
quomodo in his verbis Christi Natiuit-
tas figuretur, qui hodie de monte vir-
ginalis sublimitatis abscessus, sine ma-
nibus virilis amplexus, percussit sta-
tuam humanae vanitatis; quad riparti-
tur autem sermo. I. dicit Christum esse
lapidem. II. de tripli monte abscessu:
de Iudaico populo, de Scriptura,
& de B. Virginie. III. sine tribus mani-
bus, videlicet amplexus maritalis, cul-
pa originalis, & naturalis operationis. IV.
vitilitatem Natiuitatis, destruc-
tionem esse statuę vanitatis. Ibid. serm. 2.
Nativit. pag. 21. col. 1.

Eiusdem, 2. sermones in illa D. Luc.
verba, *Fuagē zo robis, &c.* de gaudio
spirituali differit, & Natiuitatem Chri-
sti, gaudium attulisse hominibus probat
ex quatuor; captiuus enim erat homo,
Christus vero redemptio; cœcus homo,
lumen Christus; mendicus homo, Chri-
stus thesaurus; mortuus homo, vita omni-
um Christus. Ibid. serm. 4. & 5. *Nativit.*
pag. 22.

Eiusdem, sermo in illud, *inuenietis in-
fantem, &c.* quadruplicem modū Chri-
stum inueniendi tradit corporaliter,
sacramento liter, spiritualiter, & intel-
lectualiter. Inuentus autem fuit corpo-
raliter à tribus, à pastoribus in præ-
sепio, à Magis in domo, à parentibus in
templo, quæ omnia mysticè interpre-
tatur. Ibid. serm. 6. *Nat. pag. 23.*

Eiusdem, sermo in eadem verba, &
est veluti precedentis continuatio, do-
cet Christum quadrupliciter esse inuo-
lutum, natura scilicet humana, specie
sacramentali, & nigmate spirituali, &
sensu litterali. Ibid. serm. 7. *Nat. pag. 24.*

Eiusdem, sermo in illud Euangeli, *Verbum caro factum est.* quatuor incarna-
tionis Verbi Domini motiuia affert, ni-
mirum ut esset amicabilis, passibilis,
esibilis, & sensibilis; vel si mavis ipsum

A venisse ad diligendum, ad redimen-
dum, ad reficiendum, & ad imitan-
dum. Ibid. serm. 8. *Nat. pag. 24.*

Eiusdem, sermo vnde supra eandem
materiam prosequitur, & ostendit Ver-
bum carnem factum, ut per carnem ca-
ro aliceretur; per carnem caro redi-
meretur; per carnem caro reficeretur;
& per carnem caro reformaretur. Ibid.
serm. 9. *Nat. pag. 25.*

S. BRUNONIS sermo seu homilia de
Natiuitate Domini. verba Isaiae 8 t. su-
me tibi librum grandem, &c. usque ad ista,
antequam scias puer vocare patrem & ma-
trem auferre, &c. interpretatur. B. Ma-
riam prophetissam probat, & qua ratio-
ne nomen pueri nati dicatur, accelerata
spolia derrabe, vbi quomodo Christus
inimicos spoliauerit, declaratur. Tom.
3. pag. 20. 21.

S. P. CHRYSOLOGI sermo S. Se-
ueriano Episcopo falso adscriptus duo
completur; pacem bonorum ex Chri-
sti Domini Natiuitate ornat, & malo-
rum perturbationem; serm. 149. col. 381.
& sequent.

Eiusdem, sermo alter de S. Mariæ
Virginis partu; Virginitatem Matri
laudibus celebrat, & S. Ioseph merita
encomijs prolequitur. serm. 175. col.
440. & sequent.

S. I. CHRYSOSTOMI homilia in
S. N. Iesu Christi diem natalem, qui
quidem dies incognitus adhuc illis tē-
poribus, ante paucos ad modum annos
innouerat per aliquos, qui ex Occi-
dente venerant & indicauerant. Mo-
net autem fideles alacritati ac spiritua-
ligaudio operam dare, populum magno
concursu hodie ad Ecclesiam af-
fluente laudat quod erga natum, tā-
tum amoris indicium, studiumque im-
penderat. Deinde tribus evidentissimis
rationibus probat hoc ipso tēpore, quo
hanc solemnitatem Catholica celebrat
Ecclesia, natum esse Christum. Insuper
paganos & hæreticos christiana de Ver-
bi Incarnati Natiuitate dogmata irri-
dentes, in simpliciorum gratiam, ex ip-
sis irrisioribus titubantium, derideret.
Denique Christianos ut dignè cum pu-
ra conscientia, humilitate; ac modestia